C A S. IV.

Et ſimili augmento ſi ordinata conſtat ex quatuor nominibus in vinculo radicali & dantur tres arearum, vel ſi conſtat ex quinq; nominibus & dantur quatuor arearum, & ſic deinceps : dabuntur areæ omnes quæ addendo vel ſubducendo numerum η indici θ vel unitatem indici λ generari poſſunt. Et par eſt ratio Curvarum ubi ordinatæ ex binomiis conſlantur, & area una earum quæ non ſunt geometrice quadrabiles datur. Q. E. O.

PROP. VIII. THEOR. VI.

Si pro $e + fz^{\eta} + gz^{2\eta} +$ &c. & $k + lz^{\eta} + mz^{2\eta} +$ &c. ſcribantur R & S ut ſupra, & in Curvæ alicujus Ordinata $z^{\theta + \eta\sigma} R^{\lambda \pm \tau} S^{\mu \pm \upsilon}$ maneant quantitates datæ θ, η, λ, μ, e, f, g, k, l, m, &c. & pro σ, τ, & υ, ſcribantur ſucceſſive numeri quicunq; integri : & ſi dentur areæ duarum ex curvis quæ per ordinatas ſic prodeuntes deſignantur ſi quantitates R & S ſunt binomia, vel ſi dentur areæ trium ex curvis ſi R & S conjunctim ex quinq; nominibus conſtant, vel areæ quatuor ex curvis ſi R & S conjunctim ex ſex nominibus conſtant, & ſic deinceps in infinitum : dico quod dabuntur areæ curvarum omnium.

Demonſtratur ad modum Propoſitionis ſuperioris.

PROP.

PRO

Æquantur Cu
dinatæ ſunt reci

Nam contenta
ſciſſarum erunt
ut hæc contenta.

Si aſſumatur r
rum Curvarum,
relatio fluxionu
natæ reciproce p
poſſunt innumera
æquales erunt.

Sic enim Cur
$z^{\theta-1}$ in $e + fz^{\eta} + g$
quamvis pro ν &
aliam ſibi æqual
$e + fx^{\nu} + gx^{2\nu} +$